De *Luna* ad *Pleiadas* reliquas Applicationibus, Anno 1672 observandis, promissa appendicula *Johannis Flamsteed.*

TAndem, Clarissime Oldenburgi, *promissi memor, tempora reliquarum applicationum* Lunæ *ad* Pleiades, *Anno* 1672 *visibilium, crassius editis Schedis exhibita, præcisè hic indigitata ad Te mitto: Stellis loca assignavi infra scripta ex nuperis, &, ni fallor, accuratis observationibus; media prius lucida, eodem omnino loco, & latitudine donatâ, quæ Authori* Carolino (*cujus in supputando utor numeris*) *utique arrideat; cæteris etiam abinde dispositis; quas tamen omnes, propriam si hac in re sententiam sequi licuisset, tres vel saltem duos scrupulos primos promotiores, nec non & latiores ab Ecliptica proponerem: Ineunte Anno* 1672 *constitutæ;*

Pleiadum.		*Long.* ♉ ° ′ ″	*Lat. Bor.* ° ′ ″	
Occidentalis lucidior	b	24—45 15	4 8 51	5
Intra hanc & Borealiorem Telescopicam	g	24—46 47	4 19 21	8
Occidentalis Borealior	c	24—54 48	4 28 19	6
Supremi in Quadri latero	e	25—01 24	4 20 39	5
Infima Australis opposita	d	25—02 18	3 53 59	6
Media & lucida	a	25—19 48	4 00 00	3
Quæ in cuspide ad ortum	f	25—41 29	3 52 19	5
Orientalium superior telescopica	h	25—42 55	3 56 51	7

Inde cum Feb. 23 *paulo ante mediam noctem appulsum ad hasce Luna faciet, Mediam Australino limbo præcisè tacturam comperio, cum prius Occidentalem lucidiorem Borealiorem & Supremam in Quadrilatero occultaverit.*

Etenim Londini,

Hor. ′ ″				*Lat.* ☽ *à Cent.* ☽ ′ ″	
11 01 00	*Occidentalis lucidior*	b	*tegitur*	12 30	*Austr.*
11 10 37	*Occidentalis borealior*	c	*absconditur*	7 30	*Bor.*
11 18 04	*Suprema in Quadrilat.*	e	*occultatur*	0 16	*Bor.*
11 41 48	*Occidentalis lucidior*	b	*prodit*	9 40	*Austr.*
11 57 17	*Occidentalis borealior*	c	*emergit*	10 11	*Bor.*
12 12 10	*Suprema in Quadrilat.*	e	*evadit*	3 20	*Bor.*

Præterea via Lunæ visibilis, & si versus Orientales inclinatur, vix tamen eas, ob minores latitudines, limbo Australi tanget, credo.

Iterum Augusti 6, *manè Luna rursus Stellas* e *&* c *conteget nobis, sic ut horis à media nocte præcedente fiant*

h. ′ ″				*h.* ′ ″	
1 31 26	*Occidentalis borealioris*	c	*obtectio:*	3—42	*Bor.*
1 41 29	*Suprema in Quadrilatero*	e	*occultatio:*	5—16	*Austr*
2 39 23	*Occidentalis borealioris*	c	*emersio:*	2—37	*Austr.*
2 45 16	*Suprema in Quadrilatero*	e	*evasio:*	10—50	*Austr.*

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1665-1678).* www.jstor.org

Denuo Octobris 26, *paulo ante mediam noctem eaſdem duas noſtro conſpectui ſurripiet ; ut*

h.	′	″			°	′	″	
11	33	24	c	*Occidentalis borealior abſcondatur :*	0	14		*Bor.*
11	51	52	e	*Suprema in Quadrilatero occultetur :*	8	24		*Auſtr.*
12	41	29	c	*Occidentalis borealior eluctetur :*	3	18		*Auſtr.*
12	46	37	e	*Suprema in Quadrilatero exſplendeat :*	11	14		*Auſtr.*

Poſtremo Decembris 20, *borealiorem occidentalem* c *ſubteget Luna, cujus conſpicietur p. m.*

	h.	′	″			°	′	″	
Occultatio ——	9	02	36	*Lat.* ✶ᵃ *à*	*Ingr.*	11	25		*Auſtr.*
Retectio ——	9	50	44	*Cent.* ☽ *in*	*Emer.*	11	31		
Mora ſub Luna		48	08						

Interea ſuprema in Quadrilatero e *clarè extabit à Luna, quâ-cum ſecundum longitudinem conjungetur ſtellæ hora* 9ʰ. 40′. 17″, *quo tempore à centro Lunæ apparens latitudo* 19′. 10″, *Lunæ viſibilis ſemidiameter* 16′. 27″ : *Stabit propterea ſtella à limbo Auſtrino Lunæ* 2′. 43″. *ad Auſtrum. Quod an ita cœlitus fiet, an ſecus, inter cætera ſequentis anni Phænomena, cœlorum Studioſis obſervandum proponimus. Editæ porrò Synopſi, ii Lunæ motus adnectantur, quos ad tempora apparentiarum indaganda è dictis tabulis computavi, qui ſunt ;*

	Anom. med.	☽ *à* ☉ *e æqu.*	*Arg. Lat.*	*Faral.*	*Semid.*	*Horoſ.*	☽ *Alt.*	*Apar.*
h. ′ ″	° ′ ″	° ′ ″	° ′ ″	′ ″	′ ″	°	° ′	° ′
Feb. 23.12.12.40	5 21.55. 6	2. 9.54.59	2.11.54.46	63.42	17. 13	♍ 25	4.27	42.30
Aug. 5.13.44.49	5.05.34.26	9. 2.03.20	2.17.35.57	03. 10	17. 14	♎ 2½	38. 1	62.57
Octob. 26.13. 3.39	4.25.48.51	6.10.37. 4	2.23.56.43	59.24	16. 18	♏ 7½	02. 0	67.53
Dec. 20.10.16.51	4.23.28.51	4.17.50.23	2.24.26.32	60.04	16.27	♏ 19	57.20	54.50

Sic cum opportunitates, tum commoda obſervationum præmonſtravi, quibus ſi ſedulo fidi Cœliſpices invigilaverint, nec ſuas nobiſcum obſervationes communicare gravati fuerint, hos labores ſat bene compenſatos arbitrabimur.

Veruntamen, ſi etiamnum quæras, è quibus obſervationibus Pleiadum loca ita reſtituerim, nec id Te celari velim. Tubum habeo pedum $13\frac{2}{3}$, *lentibus convexis, & micrometore exactiſſimo* Townleiano *(mihi a viro cordato, & horum ſtudiorum amantiſſimo,* Jona More, *donato) inſtructum ; quo cum noctibus ſerenioribus menſium* Octobris *&* Novembris, *nuper elapſorum, minutas frequenter harum ſtellularum intereapedines dimenſus ſum, idque adeò auſpicato, ut nunquam* 20″, *imò perraro* 10″. *inter ſe diſſiderent repetitæ obſervationes ; à prægreſſis etiam defuncti D. Gaſcognii, & nuperis Generoſiſſimi* Townleii *(quantorum hominum !) eadem ratione peractis obſervationibus, confirmatæ ; quæ quidem diſtantiæ limatiſſimæ, & in locis Latitudinibuſque* Pleiadum *inveſtigandis uſitatæ ; ſunt,*

a b	35′	40″.	Muto	*quæ*
a e	27	40	——	31′
e b	20	00	——	32
c b	21	45	——	22
e c	10	00	——	11
e g	14	40		
c g	11	55		
b d	22	04	——	24
a d	18	30	——	22
c d	26	10	——	30
d i	16	25		
a i	18	18		
f i	29	04		
f a	23	00	——	27
h a	23	20		
f h	4	45	——	4

Addit Vinc. Mutus *in Epiſtola ad Doctiſſimum* Ricciolum, *cujus meminit in Appendice ad* Almageſti Novi *Tomum primum pag.* 747 : Occidentalem lucidiorem tranſiiſſe meridianum in eadem omnino altitudine ac Lucidam Pleiadum : *Quâ fretus adverſione haud difficile mihi fuit, invento prius angulo parallelı declinationis, cum parallelo latitudinis, triangulorum reſolutione, cæteras omnes ſtellulas locis debitis & datis donare.*

Monendum tantummodò, me ſtellam Teleſcopicam i, *(nonæ circiter lucis, quæ ſecunda eſt quarundam in linea detorta à Media & Lucida perpendendentium, & reperitur in* ♉ 25°. 14′. 4″. *cum latitudine* 3°. 42′. 37″; *) propterea meis obſervationibus adſciviſſe, ut ejus adjutorio ſtellas,* f *&* h, *locis debitis accuratius diſponerem; quod abſque ea aſſectum dare admodum difficile fuiſſet, quam propterea, cùm ulterius uſui eſſe non poſſit, cum cæteris antea non numeravimus. Interim ſi plurimùm à* Tychonicis *&* Mutianis *locis*, noſtri *diſſidere videantur, nec nobis id culpæ verſum velim, nec illis, qui, noſtris deſtituti ſubſidiis, Tubo nimirum, vel exquiſito Micrometro, in hanc præciſionem ſuas provehere obſervationes nequiquam potuerunt.*